Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quinquagenarium & reperat quatuor
palmorum mensuram cernens quod acta
fuerant. in crastino iterum mensurans
tantum reppit in vase quantum in eo
precedente reliquerat die. Ex hoc sancti
viri virtus in populis declarata est.
in quo monasterio plenus dierum
obyt. ibique cum honore sepultus est.
Erat enim eo tempore sanctus sidonius episcopus
& victorius dux. qui super septem
ciuitates principatum eoricho gothorum
rege indulgente susceperat. Huius
vero sancti epitaphium beatus sidonius
scripsit. in quo aliqua de his que locutus
sum est prefatus. Ad huius enim beati
abrahe sepulchrum plerumque frigoretici
decubantes medicine celestis
presidio subleuantur. etc. Gesta sancti
poliacti martiris. Sequitur.

Aput Constantino
polim vero magno
cultu poliactus martir
colitur. pro eo precipue quod
cum magnis virtutibus
pollet. in periuris tamen presertim vltor exi-
stit. Nam quicumque vt assolet occul-
tum scelus admiserit & data su-
spicione ad hoc productus fuerit tem-
plum. aut statim quod admisit vir-
tute martiris perterritus confitetur. aut
si periurauit protinus vlcione diuina
percutitur. Huius basilice cameram
iuliana quedam vrbis illius matro-
na auro purissimo texit hoc modo
Cum ad imperatorem iustinianum fa-
ma facultatis eius multis nar-
rantibus peruenisset. ad occursum illius
preparare celerius non tardauit dicens
Latere te non puto o venerabilis ma-
ter qualiter ab specie auri thesau-
ri publici sint exhausti. dum gen-
tes nobis placamus. dum solacia di-
uersorum dando conquirimus? Ergo quia
tibi potencia maiestatis diuine
multum contulit auri. posco ut nobis
manum porrigas. atque aliquid pe-
cunie commodes. vt scilicet cum tribu-
torum publicorum fuerit summa delata.
ilico tibi que commodaueris reformentur.
ac in postero laudis tue titulo pre-
currente canatur vrbem constantino-
politanam a iuliana matrona fu-
isse pecuniis subleuatam. At illa in-
telligens imperatoris ingenium sapi-
enter obtegit. que deo deuouerat di-
cens. Paruitas redituum meorum tam
detributis quam quod de fructibus
superat. perpensas adhuc residet domos
Si ergo gloria vestra recipiendi spa-
cium tribuerit. cum collectum fuerit
conspectui vestro representatur. Cumque ocu-
lis propriis cuncta contemplauitis que
placuerint ea retinquitis & auferen-
tis. Erit(que) in tantum quod voluntas
cordis vestri censuerit. His ita dimis-
sus imperator verbis ad palacium
gaudens redyt. putans se hanc
pecuniam iam in thesauris publi-
cis retinere. At illa vocatis arti-
ficibus quantum reppiri auri in promp-
tuariis potuit tradidit occulte
dicens. Ite & factis iuxta mensuram
tignorum tabulis beati ex hoc poliac-
ti martiris cameram exornate. Hec hec
auari imperatoris manus attingat.
Illi vero perfecta omnia que matrona pre-
ceperat. camere ad firmant. texerunt
que ex auro purissimo quod opus
explicitum vocat. mulier imperatorem
dicens. Paruitatem pecunie que